

saltem, in laudis contentione, parem. *Merces* dicitur καρπὸς ἔργου: pro quo quis laborat, quod labore assequitur, ut eo frui possit. Idē πὸ πάλῳ. v. 9.

v. 10.

3. mutuum subsidium in

a. lapso erigendo. v. 10.

v. 11.

b. caloris communicatione. v. 11.

v. 12.

c. depulsione hostis. *Hæchád* est q. d. quivis unus,

ὁ εἷς. neque enim respicitur antecedens, sic sæpè, ut *happalit*, aliquis evasor. Gen. 14: 13.

d. omnis opis communione. quod proverbio parabolico indicatur. v. 12. Hæc pertinent ad commendandum studium veræ amicitiae, sive ea officio sive beneficio comparetur. Multò melius, etiam civiliter atque humano more, habere multos amicos, quàm solum multa possidere cum multorum invidia. Per veram charitatem autem multis prodesse, & in communione sanctorum sese confirmare, ut habeas amicitiam fidelium, ad erectionem ex lapsu, per reprehensionem; ad fœtum teporis ac frigoris per adhortamenta & adjumenta; ad hostis communis Satanæ depulsionem per conjunctas vigilias ac preces; ad tentationum superationem & perseverantiam in corpore Christi per vinculum charitatis & ἑπιχορηγίας τῶ πνεύματι & omnium membrorum αἰδοληψιν; quantò potius, quàm extra eam totum mundum lucrari?

v. 13.

3. vanitate adjumentorum: quale est societas jam modò laudata; quæ, ubi maxima, non lætitiâ, sed magis tristitiâ adfert. ea ostenditur

a. comparatione pueri pauperis ac sapientis, qui, ut puer & pauper, nec auctoritatem neque facultatem amicitiae comparandæ habet, si frugalis sit (hoc enim est *Miskén*) & sapiens, ut pareat recta monentibus & discat, quæ ex usu sibi sint futura, vitet noxia; cum rege multis clientibus & δορυφορέϊαις integri populi stipato, sene ac stulto, confirmato jam in statu suo & eo confidenti; qui nescit amplius moneri, cæcus nimirum à splendore suo, & hominum simulatione deceptus, aditu rectè monituris occluso ob timorem offese. vers. 13. Ratio additur: quia

v. 14.

a. quondam quispiam prodiit ad regnum ex carcere. Est igitur & puero illi spes eximiae dignitatis. *Hasurim* pro *Haasurim*. quod nomen subst. instar *aschurim* infra c. 7: 26.

β. in